

PRIMVS

Modus describendi habitabilem terræ partem in plano/ita ut sphericæ descriptioni cõmensuratione respondeat.

Cap. XXIII.

N descriptione aut sienda in tabula, symetria extremorum parallelorum seruanda uia talis erit. Faciemus tabulam rectorum quatuor angulorum ut. **A.B.C.D.** & sit. **A.B.** ferme induplo maior q̄. **A.C.** & supponatur quod latus. **A.B.** in superiori situ locatum sit/qui erit plaga septentrionalis. Deinde. **A.B.** diuidamus in partes æquales/& ad angulos rectos/& sit ea linea. **E.F.** Cui regulam cõmensurabilem ac rectam ita adaptemus/ut per eandem mediam lineam quæ est. **E.F.** hoc est recte per ipsius longitudinem crescit linea usq̄. **G.** Et diuidatur. **E.G.** in triginta & quatuor tales partes/qualiū est **G.F.** centū & triginta una & tertia ac duodecima/& per centrū **G.** & per punctū in recta ipsius linea/quod distet a centro partibus septuaginta & noue/circulus describemus qui habeatur p̄ parallello p̄ Rhodum/ut. **H.K.L.** Circa lōgitudine uero quæ ex

utraq̄ parte. **K.** spacia sex horarū continebit sumentes distantia quæ est in **K.E.** linea meridiana quattuor sectionum/seu partium/in parallello p̄ Rhodum per quinq̄ diuisam/cu3 maximus circulus sit tere sexquiquartus ad ip̄m/ ac talium dece3 & octo sectiones ab utraq̄ parte. **K.** signantes in **H.K.L.** circūferentia: habebimus puncta p̄ quæ ducendi erunt meridiani a centro **G.** quoz quilibet ab altero distabit tertia pte unī horæ. Quare meridianos habebim⁹ terminātes ultia. **G.H.M.** atq̄ **G.L.N.** Deinde notabitur parallelus p̄ Thyle in linea **G.F.** qui distet a centro **G.** sectionibus quinquaginta ac duabus/ut. **O.P.Q.** Aequoctialis uero describetur distans a centro **G.** partibus centum & quindecim ut **R.S.T.** Parallelus autem qui est ultimus uersus austrū/& oppositus parallello p̄ Meroe3/notabitur/distās a centro **G.** partibus centum & triginta & una cu3 tertia & duodecima/ut **M.V.N.** Colligitur etiam ratio **R.S.T.** circūferentiæ ad circūferentiā **O.P.Q.** in eadem esse proportiōe in qua centū & quindecim sunt/ad quinquaginta & duo:iuxta rationem parallelorū qui in sphaera sunt. Cum qua

